Quelle: https://manuscripta.at/?ID=37116
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



egit quid mutatae sint horae operis dei. Nunc vero quae quae vocatur ab opere dei i. a laude divina. separatae in die agenda. oportet monachum non esse otiosum. et certis horis ad certas et debitas occupari actiones. ideo dicto de horis divinis subiungit de occupationibus aliis. quae superius dixerat. ut omnia viz opera. horas operantibus operentur. Quaerat aut quidam. quare ista claudus et insufficiens. et inepta. Insufficiens et ut asserunt propter eo quod non solum hic agitur de exercitio operis manualis. sed etiam de studio lectionis. inepta esse dicitur. eo quod poterit dicit de opere manuum. adiungit cottidiano. Ad quod dicimus quod licet de isto duobus verbis in capitulo isto agatur. tamen quia plures possunt occupari in opere manuum quam in lectione. de eo quod pluribus evenit clauc facit. Non enim omnes intelligunt quod legunt. nec omnes qui intelligere possunt legunt. nec omnes legentes sunt lectionis amatores. Et licet ad modum valeat corporalis exercitatio exercitio spiritus praestantius. quia est ad ora utilius. exercitatio tamen otiositatem excludit. quae est aliquo inimica. Quae autem cottidiano. regula finalem ponit. et patitur exemptos diebus dominicis et festivis. in quibus opus manuum non exercetur. et lectioni et orationi vacat.

Capitulum

Otiositas inimica est animae. et ideo certis temporibus occupari debent fratres in labore manuum. certis item horis in lectione divina.

Otiositas etc. Huiusmodi inimicitias patiebantur in illius poenae lapsu pessimo sodomorum. quae in illa subsecuta ignis et sulphur diluvium. quae enim terra eorum erat fertilis et opibus habundans. scio vacabant. et propterea quia fuerunt vacantibus eis omnis noxia iniquitas. Ad desiderium oriebatur pugnae. quae manus eius noluerunt abstinere laborare